



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXXXII. Das Kloster Arendsee verfügt über Hebungen in Leppin, die ihm zu einer Gedächtnißstiftung von Bürgern Salzwedels zugewandt sind, am 28. September 1347.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LXXXII. Das Kloster Arendsee verfügt über Gebungen in Leppin, die ihm zu einer Gedächtnißstiftung von Bürgern Salzweßels zugewandt sind, am 28. September 1347.

Nos Johannes prepositus, Sophia priorissa totusque Conuentus sanctimonialium Monasterii in Arnesse reconnosecimus publice per presentes, Quod pro XVII marcis argenti nobis solutis et in vtilitatem ecclesie nostre conuersis vendidimus ac dimisimus discretis viris Johanni de cynowe et Arnolde dicto lunigh, ciuibus in soltwelele duos choros filiginis perpetuorum reddituum in villa nostra leppyn, vnum videlicet chorum In curia nunc Willekini futoris et alium in curia nunc Johannis de Woldenberghe. Quos quidem choros dicti ciues post ipsorum decessum Conuentui nostro intra claustrum pro salute animarum suarum diuidendos, prout inferius exprimitur, assignarunt. Ad tempora tamen vite predictorum Johannis et Arnoldi de bonis nostris certioribus seu de nostro granario cuilibet eorum vnum chorum filiginis in Ciuitate saltwelele predicta in festo martini annis singulis perfoluemus. Mortuis autem ipsis vel eorum altero nunc vxores eorum vel vxor eorum alterius, qui decesserit, earum quelibet dimidium chorum filiginis in forma premissa ad vite sue tempora optinebunt. Et tunc Conuentus noster de predictis curiis in leppyn vnum chorum filiginis intra claustrum diuidendum percipiet et defuncti seu defunctorum memoriam vigiliis, missis et oracionibus peraget, vt est moris. Post mortem vero predictorum virorum et eorum conthoralium predictos duos choros filiginis de predictis curiis in leppyn Conuentus noster perpetuo percipiet, qui intra claustrum per priorissam dominabus et pueris caritatiua distribucione porcionaliter diuidentur. Et tunc anniuersarius eorum Johannis videlicet de Cynowe et heylen vxoris sue Ac Arnoldi lunig et Ode vxoris sue specialiter, et Parentum eorum generaliter per Conuentum vigiliis, missis, commendacione et oracionibus perpetuo fideliter perageatur. In premissorum omnium euidentiam et testimonium luminosum Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M°. CCC°. XLVII°, in profesto beati mychaelis.

LXXXIII. Markgraf Ludwig eignet dem Kloster Arendsee verschiedene Rechte und Freiheiten zu, am 19. Februar 1348.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, Quod nos Ludwicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, dux Bauarie et karinthie, Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Tirolis et Goricie comes, Pie deuocionis affectu moti, quem circa deodatas personas, Priorissam et Conuentum Sanctimonialium in Arnesse Ordinis sancti Benedicti Verdenfis dyocesis gerimus, eisdem presentibus et futuris diuine remuneracionis intuitu dedimus, damus et donamus per presentes Theolonium pannorum, qui in oppido predicto Arnesse Integraliter aut parcialiter per vnam vendentur vel ementur deinceps, quod ibidem nostri officii prius recipere consueuerunt. Damus quoque dicto Conuentui duodecim pullos in villa Nelinge cum dimidietate minute decime super quator Curias et vnum Cossatum in predicta villa, Sic quod